

30 sacrificiis auctoritatem suam accomodat, non
31 hostias locet, non curas temporum deleret,
32 non negligat curam procurare, non specta-
33 cula edat de suo aut de publico, aut e-
34 dendis pretit. Nil selemne pronuntiet, vel
35 edicatur, nec iuret quidem. Iam vero que
36 sunt porcellatis &c. Duo docet Tertulianus
37 latus concepta. Alterum quod liceat
38 paganis dominis inservire usque ad suam ido-
39 latriam, seu in omnibus his que ad religionem
40 minime pertinent: quod postquam illorum
41 ingredi templa, ut hominibus, non idolis
42 officio firmis, Hinc servis fidelibus comitari
43 dominos suos ad templa, ad sacrificia per-
44 gentes licitum est. Isthic fidentes spectato-
45 res, non participes erunt idolatrie. Alterum,
46 quod si servi eiusmodi consilio, sumptu,
47 aliave opera, fungantur in sacrificiis, idolatra-
48 trie participes sunt. In solo, ergo conclu-
49 dit Tertullianus, honoris nomine incedat, ne-
50 que sacrificet; neque sacrificiis auctoritatem
51 suam accomodat, non hostias locet &c. Quis
52 porro dixerit, Naamanum nulla functum in
53 sacrificio opera, si prosternebat le in templo
54 coram idolo, Regique prostermenti brachia
55 subinhibebat? Si thus adolevisset idolo, esset
56 ne ab idololatria impulsus, quacomque ani-
57 mii interiori habitudine factata? Porro aque
58 cultum produnt exteriores corporis inclinatio-
59 nes ante idolum, ac flammis adolere pagates.
60 Non est ergo, unde adorationem Naamani,
61 quam superstitiosam tot circumstantie produnt,
62 loci, templi nimirum, temporis sacrificii
63 aliaque, exculemus a crimine. Quid quod
64 innumerum Martyres, ne similia agerent,
65 mortem atrocem subiere? Interior animi ha-
66 bitudo in verum Deum, cum actio externa
67 falso nummi cultus exhibet significationem,
68 non tollit superstitiosam; sed hypocrisis so-
69 lum, & simulatione cum obsequit. Hec
70 sunt que opinionem hanc difficillimam nobis
71 efficiunt.

VII. Altera Bocharti, Calmet, aliorum-
que eruditiorum non minor caret difficultate.
Et, ut ceteras versiones mittam, que
omnes futurum tempus expriment, Vulga-
ta nostra, que sola nobis authentica est,
vel ipsi textui Hebraico preferri debet. Isthic
textus nobis explicandus est. Quid quod sine
maxima vi illata universi narrationi nec iuxta
Hebraicam textum futurum tempus intelligi
potest? Victimam, & hostias simulacrum Rem-
mon obduerat Naamanus iuxta religionis olim
preservitudo cultore. Id sane adfirmare liceret,
nullo etiam habito documento. Quoniam vix
est reperire hominem adeo propitiis numinis

contemptorem, ut precipua iuxta religionis omnia
negligat. Quare nihil rationi congruentius
quam id quod Vulgata nostra narrat, holocausta
scilicet antehac diis alienis a Naama-
no oblata. Non enim, inquit Naamanus, facit
ultra servus tuus holocaustum, aut victimam
diis alienis, nisi Domino. Hec adeo
rationi congrunt, ut a nemine negari iure
valeant. Quo posito, si preteritorum crimi-
num veniam Naamanus elligisset; num-
quid, nullis manifestis idololatrie gravitibus
flagitiis, pro levioribus deprecatus fuisset? Non-
ne sceleratus est holocaustum, & victimas
offerre, quam cum Rege prosternebat ante
idolum, quam eidem prostermenti oblegit,
auxiliumque prabere? Nec est quod obicitur
penitentiam preterita, non futura, spectare
crimina. Quoniam, et si verum id habeat,
si de eadem premissa accepta sermo sit; secus
tamen est de dolore periculi, in quod nos
incutiuros prevedimus. Tentationis gravitatem
prestantissimam, infirmitatem nostram eidem
succubituram veretur; ideo in antecessum
veniam deprecatur, si casus evenierit. Hoc
modo deprecatum fuisse Naamanum, iam
indicabimus.

VIII. Tertia opinio Hugonis Cardinalis,
& Gregorii de Valentia, sua non caret diffi-
cultate. Ex una parte textui sancto, &
doctrinae Ecclesie, damnantis cultus Sinen-
ses, & famuli cooperationem prulatum domi-
no ascendenti ad stuprandam virginem, con-
gruens est. Ex alia parte non parvis vide-
mur incommodis subiectam, & indulgentia
nimia quadam dissimulatione, & indulgentia
erga neophytum delictorum ad penitendum appa-
ret; cum illico miraculorum ad penitendum appar-
entium Giezi paraverit. Si Eliseus peccator,
potuisset Giezi illum resarsurgere hoc pacto: Tu
me incipere audes, quod talentum argenti
acceperim; cum tu in idololatriam perpetranda
confiteris?

IX. Si palis doctissimos viros, meam pro-
mere sententiam fas esset, dicere, neque
Eliseum, neque Naamanum peccasse. Quo-
niam nec Eliseus approbavit obsequium exhibi-
tum Remmon, hinc Regi adoranti Rem-
mon; nec Naaman post sanitate obtentam
inservit Regi adoranti Remmon. Ut enim
mea preter opinio, hac ratione tenens facer
exponi potest. Naamanus, antequam Eli-
seum adiret, & veri Dei iamine perfunderetur,
cum Rege fas ante idolum prosternebat.
Pulla cum lepra idololatrie caliginis,
divina fide illustratus popodit, minime se
oblaturum in posterum holocausta, vel victi-
mas

mas diis alienis: Non enim faciet ultra ser-
vus tuus holocaustum, aut victimas diis alienis,
nisi Domino. Verum, quia adhuc erat
regie addictus servituti, verebatur ne, sicut
antea, deberet Regem templum protentem
comitari, illique ante idolum procumbentem
manum porrigere, atque cum illo procumbe-
re, quemadmodum antea peragere solebat.
Nec tamen id certo futurum esse sciebat Naamanus;
sed tantummodo verebatur ne acci-
deret. Hac facta hypothesi, Eliseum urge-
bat, ut si casu id contingeret, sibi veniam
a Deo peteret. Non ergo Naaman enuntiat
adorationem absolute futuram; sed posita con-
ditione quod acciderit, veniam deprecatur,
auspice Eliseo. Quod hanc adorationem
conditione adiecta a Naamano proposita,
pater ex sacro textu. Si adoravero (non in-
quit, Cum adoravero, sed si adoravero) in
templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut
ignoscatur &c. Cum Eliseus spectaret suum
prostermentum serupulis anxium, atque angoribus
agitatum, solatus eum est hoc responso, *Vade
in pacem*; quasi diceret: Maeste animo: nil
tale eveniet. Noli his suspitionibus animum
discerpere. Deus, in cuius potestate sunt Regi
coram idolo, non permittit ut posterum
Regi in templo procumbenti inservias. Puls-
tis ergo hinc perplexitatis, confide in Do-
mino *Vade in pacem*. Quid prohibet hoc sen-
sus responsum Elisei, alioquin ambiguum,
exponere? Ex Scriptura non eruitur Naamanum
post suam ex Samaria in aulam Syriae
reditum reple cum Rege adorasse Rem-
mon; seu Regi adoranti inservisse. Ex alia
parte adoratio, pro qua veniam deprecatur,
futura conditione suspensa haeret. In sacro
textu non apparet hanc conditionem imple-
tam fuisse. Quid itaque causae est ne dica-
mus, re ipsa non fuisse executioni manda-
tam? Quid huic officiat interpretationi, non
video. Eam verba sacra patiuntur, quin ali-
quod proficitur incommodum. An similia
non respondent Confessarii penitentibus, qui
passim relabendi in peccata eadem timore
anguntur? Saepo enim Confessarium alloquuntur:
Quid, domine, si in posterum eadem
perpetravero crimina? Sentio infirmitatem
meam. Ora, domine, Deum ut mihi igno-
scat. Reponit Deus: Tranquillo animo
eto: Deus te a relapsu servabit: *Vade
in pacem*. Oppones, debuisse Eliseum hoc
prabere responsum: Cave Naaman ne quid si-
mile egeris; atque respondere debuisse Naaman:
Non agam plane & verum hoc solum
efflagito ut, si id ego infirmitate urgente,

Quae Theol. Tom. II.

veniam a Deo mihi impetore. Eia Naaman.
Apage leures, & timores istos: noli esse
aquo meticoliosus: spiritum induae fortitudinis:
Vade in pacem. Si hinc tibi non probatur,
a te meliora expecto. Quae ego dixi,
sapientum iudicio subicito.

CAPUT VIII.

Alia de scandalo quaestione.

I. Quae. I. Licetum non est idola, &
Ethnicis veneratione, fana, & syn-
agogas construere, & cetera istius-
modi, quorum malum praesides usum & Resp.
Mira sunt quae Probabilitate huic quaestioni
respondent. Caltrapalax tract. vi. disp. vii.
punct. xii. num. 7. cuius verba dedimus su-
pra cap. i. docet, artificem, gravissimum
periculum, licite posse infideli petenti ido-
lum construere: quia, inquit ille, constructio
idoli mala natura sua non est, & sepe ho-
nellari potest. Eadem opinionem docet P.
Flurtado Mendoza in 2. 2. disp. lxvi. sect. P.
6. §. 181. Antoninus Diana tract. v. Tom.
vi. resp. 67. refert hanc opinionem Cal-
trapalax, & Mendozae, & de more eadem
non restat; amitti dicit sibi contrariam
magis probari. Sententia Palai, & Men-
dozae, non modo falsa, sed erronea quoque
est, communi Theologorum sentit, & lu-
minis naturae adversa. Omnes quippe idoli ef-
fessionem opus esse genere suo malum adfir-
mant cum S. Thoma, qui 2. 2. q. cxxxix.
art. 2. inquit: *Si qua ars est ad faciendum
aliqua opera quibus homines uti non possunt
absque peccato, per consequens artifices talia
faciendo peccant, utpote praebentes directe
alitis occasionem peccandi: puta, si quis fa-
ciat idola, vel aliqua ad cultum idololatri-
ae pertinentia &c.* Itaque edificatio syna-
goga, constructio idoli, aut fani, cum nul-
lum alium usum habeant praeter cultum super-
stitiosum pollutum, opera sunt, potissimum cir-
cumstantiis spectatis, natura sua mala. Idcirco
nullo metu, aut vitae ipsius amittende periculo
purgari a crimine valent. Quapropter
inepta est responso Mendozae, & aliorum
asserentium, D. Thomam locuti de eo qui
idola construit nulla cogente necessitate. Quae
enim suapte natura mala sunt, nulla valent
necessitate excusari. P. Thomas Tamburinus
Libi V. in Decal. cap. 1. §. 4. non 38. scribit,
urgentissima existente causa (ut esset femel
aut iterum, iuxta dicta mm. 38. magna
paupertas artificis) peccatum vitari: quia
quidvis alii dicant, inquit ille, non sunt
H 3 actio-

actiones intrinsece male, sed ex se indifferentes, cum idolum possit apparere ad honestos fines, nempe ad orandum deum, vel ad memoriam antiquitatis conservandam. Hætenus Tamburinus, qui sic proponit questionem, *Idoli, cuiusque templi fabricatio, cum sint ordinata ad idolatriam, non possunt ex se licite prestari in gratiam eius qui ad hanc finem factus ea velle.* Sermo ergo est de vendendo idolo ei qui idololatriæ causa illud emit. Verum quia ab aliquo emi potest ad domum ornatum, ideo Tamburinus contendit, vendi illud posse etiam idololatriæ. Cur? Quia in abstractione metaphysica venditio est indifferens. Huic falsissimo principio innoxios recentior ille plurima docet. *loc. cit.* que in propositionibus ab Ecclesia damnatis continentur, de quibus infra.

II. Quæ negotium faciunt, opera sunt media, seu indifferenteria, ex solo utentium usu mala, cuiusmodi sunt venditiones thuris Ethnici, agni Iudæo, dum probabiliter, aut certo prævidetur eiusmodi merces in profanum cultum adhibendas fore. Quæ docent recentiores, adverterant antiquorum Patrum doctrinæ. S. Vigilius Tridentinus episcopus ad D. Ioannem Chrysostomum narrat, S. Silinium cum pluribus locis crudele subisse martyrium, quod fideles suos a venditione animalium, quæ ab Ethnicis emi sciebant in idolorum sacrificia, retraheret, Theodoretus *Lib. V. Hist. cap. 111.* refert Marcum Arethulum extrema passum fuisse mala, quod noluerit vel obolum unum præbere in ædificationem cuiusdam fani quod prius ipse dirui curaverat. Innumera alia luppentur exempla, quæ missa facio.

III. Tertullianus *Lib. de idolatr.* ample disputat hoc de argumento. In rem nempe fore arbitrator aliqua iusticia transcribere. Primum falsam deceptionem illorum repellit qui putant tunc locum idololatriæ crimen perpetrari, cum directe, & expresse homines aut victimas immolant, aut thus adolent. Hæc quippe scribit *cap. 2.* „Plerique idololatriam simpliciter exultant his solis modis interpretandam: si quis aut incendat, aut irruat, aut polluceat, aut facris aliquibus, aut sacerdotis obligetur: quemadmodum si quis exiliat adulterium in oculis, & amplexibus, & in ipsa carnis confessione censendum; aut homicidium in sola sanguinis profusione, & in anime ereptione reputandum. At enim Dominus quam extensus ista disponat, certi sumus, cum adulterium etiam in concupiscentia desi-

gnat, si oculum quis impegerit libidinose, & animam commoverit impudice; cum homicidium etiam in verbo maledicti, vel convicti iudicat.“

VI. Subdit *cap. 111.* æque idololatriæ reum esse & qui materiam præbet, & qui idolum effingit, tanquam ædificat. „Neque enim in teret an plastes effingit, an cælator exculpat, an phrygius detexit: quia nec de materia refert an gyppo, an coloribus, an lapide, an ære, an argento, an filo formetur idolum. . . Inde idololatriæ omnis circa omne idolum famulatus, & servitus; inde & omnis idoli artifex eiusdem & unius est criminis.“

V. Deinde *cap. v.* sibi obiicit solitam illorum exculationem qui dum artem, aut servitutem dolerunt, non habent unde vivant. „Plane impensius respondebimus ad exculationem huiusmodi artificum, quos nunquam in domo Dei admitti oportet, si quis eam disciplinam norit. Iam illa ob hoc solita vox, *Non habes aliud quo vivam*, districtius repercuti potest. Vivere ergo habes? Quid tibi cum Deo est? Multa in hac exculationem congerit, quæ missa nunc facio; potissimum quod iterum eandem sibi obiicit exculationem, validiusque confutat.

VI. *Cap. xi.* in eos sermonem convertit qui thus, aliaque merces que in cultum idolorum adhibentur, dividendi, reosque postulat idololatriæ. „De negotiationibus tera delictorum recogitemus, in primis cupiditatem radicem omnium malorum. . . Viderint, si eadem merces, thura dico, & cetera peregrinitatis ad sacrificium idolorum, etiam hominibus ad pigmenta medicinalia, nobis quoque insuper ad solatia sepulcræ usus sunt. Certe cum pompæ, cum sacerdotis, cum sacrificia idolorum de periculis, de dampnis, de incommodis, de cogitationibus, de discursibus, negotiationibusque instruantur, quid aliud quam procurator idolorum demonstraris? Nemo contendat posse hoc modo omnibus negotiationibus contraversam fieri. Gravissima delicta quoque pro magnitudine periculi diligentiæ extendunt observationis, ut non ab his tantum abscedamus, sed & ab iis non interest si per me. In nullo negotio esse debeat alii, cum facti quod mihi non licet. Ex hoc quod videri facere, intelligere debeat, curandum mihi esse ne fiat per me.“ Denique in alia causa non levioris reatus

preiudicium illud observo. Nam quod mihi de supro interdictione sit, aliis ad eam rem nihil aut opere, aut conscientia exhibeo. Nam quod ipsam carnem meam a lupanaribus segregavi, agnoscio me neque lenocinium, neque id genus lucrum, & aliteris causa exercere posse. . . Ecce magis proximum preiudicium. Si publicarum vicissimarum redemptor ad fidem accedat, permittet eis in eo negotio permanere? Aut si iam fidelis id agere suscepit, retinendum in Ecclesia putabis? Non opinor, nisi si quis & de thurario distimulabit. . . Nulla igitur ars, nulla professio, nulla negotiatio, quæ quid aut instruendis, aut formandis idolis administrat, carere poterit titulo idololatriæ.

VII. Postremo *cap. xii.* sibi dento obiicit mercatorum, artificum, famulorum supra indicatam exculationem, inquires: Mandat nobis de necessitatibus humanæ exhibitionis supplicandum, si post fidem oblatam dicimus: *Non habeo quo vivam.* Iam hic enim plenus illi abrupte propositioni respondebo. Sero dicitur. Ante enim fuit deliberandum ex similitudine prudentissimi ædificis illius qui prius sumptus operis cum viribus suis supputat, ne, ubi cooperit defectus, postea erubescat. Sed & nunc habes dicta Domini exempla, adimonia tibi omnem causationem. Quid enim dicit? *Egebo.* Sed felices egenos Dominus appellat. *Victum non habeo.* Sed, *nolite*, inquit, *cogitare de victu: & vestitus habemus exemplum lilia. Substantia mihi opus erat.* At quin omnia vendenda sunt, & egentibus dividenda. *Sed filius, & posteritati providendum. Nemo avaro navum imponens, & retro spectans apertus est operi. Sed conditionalis (id est servus) eram. Nemo duobus dominis servire potest. Si vis Domini discipulus esse, crucem tuam tollas, & Dominum sequaris necesse est.* De artibus, & negotiationibus, & de professionibus etiam liberorum, & parentum causa dubitas? Iam tunc demonstretur est, & nobis, & pigmenta, & artificia, & negotia, propter Dominum derelinquenda; cum Iacobus, & Ioannes vocati a Domino, & patrem, navemque dereliquerunt; cum Mattheus de telonio discessit; cum etiam sepelire patrem tardum fuit fidei. Nemo eorum quos Dominus elegit, *Non habeo*, dixit, *quo vivam.* Fides tamen non timet. Scit etiam famem non minus sibi contemnen-

dam propter Deum quam omne mortis genus. Dicit non respicere vitam; quanta magis victum?

VIII. Hac fusius ex Tertulliano exscripsi, ut comperitur fiat, quam abundat a vero recentiores illi Probabiliter qui evulgare non erubescunt, antiquos Patres morum questionibus non explicare. Docent illi morum regulas, & Christianorum prætextus expendunt. Idque solum verum habet, Patres eas non agere quæstiones quas recentiores Casuistæ excogitarunt, ut Christianorum exculationibus, quas Patres improbarunt, legem insectant, & apertè.

IX. Unum tamen contra ea quæ ex Tertulliano adduximus, opponi potest ex Augustino argumentum. Epistola quippe 50. *num. 78.* licet asserit S. Doctor exhibere dicitur idoli pretium Ethnicis, qui ob demolitionem idoli Christianorum languinem effundebant: *Si vestrum Hecelem dixeritis, porro reddemus. . . collatis singulis nummis ab artifice vestro vobis emimus Deum. Reddite igitur animas, quas manus vestrae contulit: & sicut a nobis vester Hercules redibitur; sic etiam a vobis tantorum animas redduntur.* Hoc responso non aliud Augustinus intendit, nisi redargutionem Ethnicorum, quos provocat ad animarum restitutionem, quas restituere minime poterant; quemadmodum Christiani refringere possent idola, si vellent, aut illis pretia pro eorumdem illustratione asserere. Ceterum haudquaquam licitatione absolute asserit idolorum illustrationem. Accedit quod, cum sermo est non de doctrina, & iure absolute spectato, sed de aliquo facto, quod antiqui Patres narrant; summo cautione opus fit. Plures enim circumstantie occurrere tunc poterunt, vi quarum licitum fuerit opus, quod iis mutatis, illicitum fiat. In re cuius usus prævidetur malus, duo sunt præ oculis habenda. Alterum, spectanda res est que venditur. Si enim rei traditio natura sua bona sit, & ex sola malitia abutentis mala fieri possit, si iusta tradendi causa urget, non est cur ab illius venditione abstinere debeamus. Alterum spectandum est, num ex rei negotiatione maius malum securum sit: quia ex duobus malis necessarius minus eligendum est. Verum, ut supra dictum est, nequit in hac materia, tunc circumstantiis subiecta, generalis regula consistit. Ideo peculiaris quæstionum licet resolvenda, ut ex earum decisione, quid cavendum sit, clarius, quoad fieri potest, colligatur.

X. Quæst. II. *Graviter ne peccant captivi Christiani, qui in Turcarum irremissibiles remigant adversus Christianos?* Resp. Perdifficilem questionem dispendiosam propono. Negantem opinionem defendam potissimum rectoribus. Probabiliss. Sanchez Lib. I. in Decal. cap. vii. n. 18. Molina Tom. de iust. disp. xvi. concl. 1. Azorius Tom. I. Lib. II. cap. xvii. quæst. vii. Emanuel Sa in Sum. verb. Peccato num. 9. Lopez l. part. cap. vi. Tannerus in 2. 2. D. Thom. disp. 1. quæst. 1x. dub. 5. num. 144. Villalobos in Sum. Tom. I. tract. v. diffinal. n. n. 2. Layman Lib. II. tract. 111. cap. xvii. numer. 5. Naldus in Sum. verb. Christianis. 2. num. 6. Reginaldus Tom. II. Lib. XXI. num. 119. Fillius Tom. II. tract. xxii. cap. v. n. 147. Valquez opus de scandalo art. 8. dub. 7. Diana coord. Tom. VII. tract. v. resol. 75. & alii plures, quos ipse laudat. Hæc istorum ratio est, quod cooperatio captivorum remigantium non tam propinqua sit, ut sine illa damnum nihilominus non inferretur: quia alii non deessent qui telem obtinent laborem. Accedit quod remigatio quid indifferens sit. Limitat tamen opinionem hanc, cum eo loco constituta res esset, ut captivus non remigantibus, Christiani victores evaderent: quia tunc bonum Republicæ christianæ anteponebunt erit proprie vitæ. Illicitum quocumque iudicant tormenta bellica in Christianos explodere, ignem accendere, & id genus similia agere; quod tunc directè damnum Christianis inferatur.

XI. Adfirmantem sententiam defendunt Paulus Comitolus Lib. V. Resp. Mor. quæst. viii. Suarez Tom. V. in 1111. part. disp. xxi. sec. 2. num. 60. & 61. Grassius Part. I. Lib. IV. cap. xviii. numer. 6. Sayrus de Censur. Lib. III. cap. vii. num. 8. Navarrus in Manual. cap. xxvii. num. 63. Toletus Lib. I. cap. xxiv. Fernandez Part. II. cap. v. §. 4. numer. 6. Ugolinus Part. II. cap. 111. §. 2. de Cens. Pape refero. Henricus a S. Ignatio Lib. IV. cap. I. num. 500. Sententia hæc probabilior mihi videtur vero in sensu expedita. Distinguenda sunt diversa remigandi tempora. Primum remigii iusti, Deoque accepti, quod tunc contingit, cum exploratum captivus remigibus est, in pugna committenda Christianos fore victores adversus Turcas. Secundum tempus est belli iniusti, ex quo Christianis vitæ, bonorum, ac libertatis iactura imminet. Tertium tempus remigii est, cum Christianis, in quos curius navigi dignitur, nihil aliud imminet præter bono-

rum externorum iacturam, remigibus vero vitæ amissio, aut membrorum mutilatio impendunt, nisi in Christianos irremissibiles impendant. De hoc tertio remigandi tempore nullum diffidium est. Quippe, si, ut vitam Petri a nece servem, iure possum ad illius externa bona prædanda latrones inducere, paratos alioquin eundem de medio tollere: impendio magis licitum mihi erit ad vitam tuendam meam proximi bona negligere. Non est ergo vitæ remigatio quæ mihi mortem, alteri tantum bonorum iacturam minatur. Secundi generis remigium in disputatione a Theologis adducitur. Illorumque sententia mihi, ut dixi, probatur qui istam gravis culpe damnant. Quoniam nullo iure permittitur est alteri suppetias ferre adversus eos quos ladere crimen est. Porro nefas est in bello iniusto a Turcis Christianos impedi. Quis inficias ierit, peccare Turcas bello iniusto Christianos opprimentes? Peccant ergo captivi remiges, dum & Turcis peccantibus auxilium præbent, & Christianis infontibus sua remigatione iniuriam inferunt. Accedit quod post proscriptas ab Innocentio XI. propositiones, vix sustineri contraria sententia possit. Si enim nequeant famuli heros suos cymba pergentes ad consueptas virgines remigando adjuvare, aut ascendentes per fenestram ad fornicandum scalam tenere, vel humeris eos sustinere; qua ratione poterunt Christiani captivi sua remigatione Turcarum classem impellere ad Christianos perniciem? Quenam dispar ratio famulos inter adjuvantes heros ad lupandas virgines, & remiges dirigentes navigium in Christianorum necem?

XII. Oppones. Navigia remis impellere nec vitæ rationem prodit, nec laudem; sed naturam mediæ ab utroque extremiore creatam. Licita ergo erit eiusmodi remigatio, ut vitæ proprie consulatur. Resp. Verum habet, si remigatio per se, & universe spectetur, saltem e contrario, si ut subiacet circumstantiis, expendatur. Innumera bellorum eiusmodi exempla. Pugnant in bello, re alterius uti, mulierem agnoscere absolute licitum est. At licet pugnant in bello iniusto, alienam mulierem tangere, rem alterius accipere, iuste repugnant domino, peccatum est; sic navem dirigere adversus innocentis Christianos, eorumque vitam, libertatem, adeo est flagitiosum, ut nunquam fieri recte valeat.

XIII. Obices. Christiani captivi non eo consilio remigant, ut Christianis exitio sint; sed

fed ne Turcarum tela in alios commota in ipsa ipsorum iugula revocent. Respondeo, hinc consequi captivos remiges non appetere per se Christianorum necem; at non propterea immunes a culpa evadere. Ut noxam contrahant, sat est ut reapse sua remigatione exitium Christianis inferant. Siquidem nunquam licitum est, nec ad vitam propriam tuendam, innocenti vim inferre. Porro mancipia christiana, dum remis navigia agitant adversus Christianos, istorum mortem, aut perniciem, damaque eligunt, ut medium quo Turcarum furorem, & supplicia devitent. Nec est quod reponas, te eligere dumtaxat remigandi laborem, minime vero Christianorum necem. Quoniam labor iste per se hoc tempore, & cum hoc genere hostium, causa repta est iacturæ Christianorum; tametsi interior voluntas repugnet. Non secus ac si tyranni perterrefactus pavore, pugione iugulum meum peteres, quo me interimeres, ut vitæ tue consuleres. Tunc enim ad summum eliceretur, te directe & per se nolle mortem meam; secundario tamen, & indirecte mortem meam eligeres, ut vivere ipse quires.

XIV. Nonnullæ adducuntur leges quæ his favore remigibus videntur. Prima est lex Ut mm. ff. de iust. & iur. Nam iure hoc evincit ut quodvisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure sacro existimatur. Verum ex hac lege solum inferur, illatam vim propulari licite posse. Intonsæ autem Christiani nullam vim ingerunt remigibus. Altera lex est, ff. de reg. iur. l. Is damnus. Eius vero, inquit lex, nulli culpa est cui parere necesse est. Sed nec quæ lex isthæc remigibus favet. Sermonem quippe lex habet de culpa civili, focus de theologica. Fulsus hæc leges interpretatur Navarrus in com. in cap. Quorundam de iudeis notab. xi. quæ consilere poteris.

XV. Quæst. III. *Potesse ne quispiam absque flagitio ad ferentorem accedere, ut peccatum ab eodem iusto accipiat quam certe scilicet sine favore non crediturum?* Resp. D. Thomas fusus versat hæc questionem 2. 2. quæst. lxxviii. art. 4. cuius doctrinæ subseribunt Theologi communiter. Hæc sunt illius verba. *Inducere homines ad peccandum nullo modo licet; nisi tamen peccato alterius ad bonum, licitum est: quia & Deus utitur omnibus peccatis ad aliquod bonum, ut dicitur in Enchiridion cap. xi. Et idem August. Publicola querent, utrum liceret uti iumento eius qui per falsos deos iurat, in quo manifeste peccat, eis divinam reverentiam adhibens, re-*

sponder, quod qui utitur fide illius qui per falsos deos iurat, non ad malum, sed ad bonum, non peccato illius se sociat, quo per damnationem iuravit, sed pacto eius bona, quo fidem servavit. Si tamen cum induceret ad iurandum per falsos deos, peccaret. Ita etiam in proposito dicendum est, quod nullo modo licet inducere aliquem ad mutandum sub iuribus; licet tamen ab eo qui hoc paratus est facere, & iuratus exercet, mutuum accipere sub iuribus, propter aliquod bonum quod est subventio sua necessitas, vel alterius.

XVI. Adversus hanc doctrinam opponi solet, spiritualia bona temporaria præferenda esse. Qui ergo fieri potest ut ob temporale commodum licet passivo usurarii scandalo antiam præbere? Salus anime altioris ordinis est, quæ ob quamcumque corporalem necessitatem negligi non requirit. Resp. Spiritualia temporaria præferenda esse absolute fatentur omnes. Occurrere tamen circumstantiæ possunt ut ordo contrarius servandus sit. Si bona spiritualia communia cum bonis corporeis communibus conferantur, illa his semper antecellunt. Si bonum spirituale privatum cum bono communi temporali comparetur, hoc illi interdu præferatur. Nimirum propterea urgent aliquid regulam illam qua aseritur spiritualia temporalibus præferenda: quæ vera utique est absolute, si comparatio recte instituat; falsa, si comparationis ordo invertitur. Invertitur autem, quoties ex una parte statuitur bonum privatum, ex altera bonum publicum. Bonum quippe commune, etiam temporaneum, privato spirituali bono interdum antefendum est. Neque id adversatur, sed congruit ordini caritatis, & iustitiæ; cum scilicet iactura boni spiritualis ex malitia, seu Phariseorum scandalo, ortum ducit. Hac ratione licite iudex iustiarum dum ab Ethnicis per falsos deos iurante admittit, ut in addita doctrina D. Thomæ aserit, idemque admittat D. Bonaventuræ in III. dist. xxxix. quæst. 111. ad 3. ubi oppositionem solvit his verbis. *Ad illud quod obicitur, quod magis debemus curare animam proximi quam utilitatem temporalem, dicendum quidem, verum est de utilitate privata, sed non oportet intelligi de utilitate communi. Nec verum habet quod opponi solet, videlicet, bonum commune ex privato bonis consistere. Quoniam bonum commune haud est quoddam totum integrale ex partibus concurrum; sed est relictio quædam, & universæ iustæ administratio, qua unicuique ius suum tribuitur. Quare bo-*

bonum commune in rationis, distributionisque ordine situm est. Eo quippe maior est civitatis Reipublice communis felicitas, quo exaltior est regiminis ordo. Itaque bonum hoc commune altioris ordinis est quam bonum privatum, praefereundumque quandoque etiam bono spirituali proximi. *Neque enim* (inquit Paulus Comitolus Resp. Mor. Lib. V. quest. ix.) *plus amanda est anima solius quam bonum commune, atque iustitia publicae, quam anima sibi etiam ipsi debet anteferre.*

XVII. Quae hactenus dicta sunt, minime satisfaciunt oppositioni factae. Siquidem *Pecus* ob privatam utilitatem, commodumque peculiare a generatore pecuniam cum usura restituendam exposcit. Certe quippe agnoscit generatorem non crediturum pecuniam sine fenore. Hic ergo utilitatem privatam antefert spirituali proximi saluti. Adeo magnum quibidam negotium facessit difficultas illi, ut solutiones plus aequo subiles excogitarit. Eruditus quidam recentior contendit, ideo licitum esse mutuas pecunias a generatore petere, urgente necessitate, quod periculum indigentem maneat prolabendi in peccatum, nisi hac via sua consulere necessitati valeat. Siquidem, cum necessitas aut communis, aut privata urget, tanta est hominum infirmitas, ut nisi in talibus constitutis angustiis his illis esset sibi prospiciendi, periculum immineret peccandi. Quod peccatum ex infirmitate proficiens, laesus est impedire quam peccatum generatoris est malitia proficiens. Quot puella in nuptas, & impudicitias polluce manent, si noxia esset mutui fenore gravati petitio, necessitate premente? Haec spiritualis iustitia in aliis quoque similibus actionibus occurrere potest.

XVIII. Gratia haec dicta, & ab universa Theologorum doctrina aliena videntur. Et primum, si petitio mutui a generatore natura sua mala sit, nequit permitti neque ad evitandum peccatum hominum infirmorum. Deinde bonitas, vel pravitas actionis haud ex hominum infirmitate colligenda. Petitio mutui ideo licita est, quod aliqui homines delinquerent, nisi hac via fieri prospicere possent egestate pressi? Solutio ergo hac suspicatur praefatam mutationem genere suo criminosa esse, & de malitia idcirco pugnari, ut hominum infirmitati prospiciatur: quod consistere sane nequit. Secernenda prius a private est actio quoque, & postea infirmo proximo permittenda.

XIX. Obvia ergo solutio difficultatis est, quod non absolute spiritualia temporalibus est

praeferre debeamus. Sed quid hinc? Numquid cum iactura vitae nolite curare debeamus ut alii quoque hunc ordinem servent? Numquid fame pereundum, ut oblati fuerint peccatum impediatur? Eoultque ne urget Christi caritas? Minime gentium. Natura ergo istius petitionis primum omnium expendenda. Sive petitio, sive collatio mutui iustae natura bona est. Rem ergo bonam a generatore ego postulo. Quod ipse nolit eam exequi absque usura, peccatum illius est, & in ipso ita subsistit, ut nequeat actionem exteriori inquirare. Tunc enim actiones externae insciuntur, cum obiectum exterius quod inspicitur, pravum est. Hac ratione renegatio a captivis Christianis peracta adversus Christianos noxia est, quod illius exterius obiectum sit innotium Christianorum iustas. Ascensus per fenestram ad stuprandam virginem malus est ob obiectum exterius pravum. Et sic de his similibus. Pecuniae autem mutatio obiectum exterius spectat quod bonum est, indigentis videlicet proximi levamen. Quibus constitutis, quid est quod me prohibeat a generatore pecuniam petere, qua meo consilium indigentiae? Caritas inquis, qua tenent spiritualium generatoris salutem temporales meae egelatae anteferre. Sed hoc est quod negatur. Caritas Christi praecipit ut proximo necessitatem patienti succurramus. Quomobrem, ut pusillorum scandalum, quod illi est infirmitate, vel ex ignorantia patiuntur, vitemus, temporalia polponenda, & contemnenda sunt. Qui vero ex malitia peccant, nulla remittuntur necessitate. Istorum scandalum Phariseum est, quod contemnendum Christus iubet. Nec est quod reponas, hinc sequi, tunc solum non teneri ex caritate succurrere fratribus, cum ex fragilitate, secus, cum ex malitia peccant. Quo posito, non erit impediendum homicidium, aliudve grave damnum, quod quis non ex ira impetu, sed ex deliberata malitia non ex ira impetu, sed ex deliberata malitia perpetrare paratus est; nec corrigendus proximus ex malitia delinqueus. Non est inquam, quod haec, & similia opponatur: quoniam caritate devincimur tum infirmis, tum iniquis fratribus, quod licet, consulere. Id tantum negatur, non obstringi proprie vitae, aliove gravi detrimento pharisaicum scandalum evitare. Peccare dicimus eum qui, nulla cogente necessitate, a generatore mutuum postit: quia caritas iubet peccatum proximi impedire, nisi impedimentum illud grave nobis pariat damnum. Caritas, inquis, iubet spiritualia temporalibus praeferre.

Tubet ergo, reponam, patrimonium nostrum totum erogare, ut impudicitias & fornicationes effrontes puellas subtrahamus? Iubet vitam nostram gladius exponere, sanguinem impediatur, ut duella, & homicidia impediatur? Si omnia quae ex iniquorum hominum pravitate proficiuntur, cum reum temporalium, & proprie vitae dispendio impedienda forent; actum esset de humano mutuum petere ab usurario, ut nostrae, vel alienae necessitati prospiciamus, cum non invenitur qui pecuniam suam gratis credere velit, licitum esse testantur Theologi omnes. Secundo, gravi cogente necessitate licet ab eo petere mutuum qui neque artem fenoris exercet, nec paratus est ad fenus excedendum, si credere pecuniam nolit sine fenore; gravi quoque urgente necessitate licitum est a quocumque rem honestam poscere. Mutuario autem ad sublevandum proximi necessitatem honesta est. Quod vero fenorator nolit eam interiori animo ut honestam exercere, in illius caput tunc recidit iniquitas. Haec opinio communior, & probabilior videtur; tamen eidem contradicit D. Bernardinus Senensis. Tertio, sublata gravi necessitate, fenebrem pecuniam accipere, etiam ab usurario parato, peccatum grave est, ut plures, gravioreque Theologi docent.

XXI. Quae V. Licitum ne est suadere illi qui peccatorus est, ut omisso graviore flagitio, perpetret minus? Resp. Quae penes omnes certa sunt, constitui primo loco debent. Et primum certum est, te non posse suadere minus malum, si alia via malum impedire vales. Secundo non potes suadere illi qui paratus est occidere Petrum, ut occidat Paulum; vel illi qui vult furari Paulo centum, ut furetur Petro quinquaginta; quidquid in oppositum Vaquez scribat *opusc. de scand. lib. 2. num. 14.* Nec obstat factum Loth, qui nefarius Pentapolitanis filias stuprandas obtulit, ut eisdem a nefanda libidine abduceret; quemadmodum habetur *Gen. cap. xix. S.* Ambrosius Lothi consilium excusat *Lib. I. de Abraham cap. vi. D.* Augustinus et contrario illo damnat, & haec Augustini opinio probabilior est gravius Theologis. Nec aliqua ratio suppetit qua excusari possit, cum multa, & gravia occurrant condemnationis argumenta. Et primum quia ratione potuit suadere malum inferendum innocentibus puellis, quod ille subre minime tenebantur? Deinde plaris illi faciendum erat minor turpitudinis in filiarum suarum corporibus quam maior in alienis. Accedit minus periculum consensu praerandi a filiabus,

bus, utpote imbecillioris sexus, in stuprum, quam a viis in crimen pestimum. Tandem minus caute se gessisse Lothum, ac cæco quodam impetu rapum fuisse, ex illius colligitur verbis, quibus nec nefandam libidinis leuem excipit, dum filias infruictis monstris obtulit, *Abutimini* (inquit) *eis quomodo vobis placerit*. Ex eo tantum exculcari Loth quoguo modo potest, quod crediderit hac filiarum oblatione delinendos fore spurcissimos illos cinedos, ac impotentis luxuriosorum illos sibi temperatos. Sunt etiam qui Loth exculant, quod non consulerit filiarum stuprum; sed materiam tantum explende libidinis propofuerit. Licitum autem est materiam minoris mali proponere, ut maior declinetur; quando tamen ad illud minus malum patrandum peccator est deliberatione firma paratus.

XXII. Sensus ergo propofitæ quaestiones est, utrum ei qui firmo animo delibatoque constituit duo perpetrare crimina disparis malitiae, licitum sit consulere minus, ut vitetur maior. Si enim ad unum tantum determinatus sit, plenum est illi non posse suaderi aliud, tamen levius, in quod peccator proclivis minime est. Dux super hac quaestione sententia, Negantem id licere, defendit Caietanus 2. 2. q. lxxviii. art. 4. notab. 3. Covarruvias *V. Decret. I. Part. cap. iv. n. ult.* Sylvester verb. *Matrimonium vii. q. v. dicto 9.* Emmanuel Sa verb. *Peccatum n. 8.* Valentia 2. 2. *disp. v. q. xxi. part. iv. Conradus de contract. q. xxxvi. coroll. 1.* & novissimus Antoine tract. *de virtut. theolog. cap. vi. §. 4. q. v.* Hic tamen improbat consilium quod inducit ad committendum illud minus crimen ad quod peccator minime paratus erat. Et in hoc sensu fortasse ceteri laudati Theologi suam defendunt opinionem, quam sic intellectam, veram censemus.

XXIII. Sententiam asserimentam propagant Turcemetata in *can. Duo mala disp. xlii.* qui citat Augustinum, & Gregorium, Hadrianus *quodlib. 1. art. 3.* Sotus *de iust. & iur. Lib. VI. quest. 1. art. 5.* Toletus *Lib. V. cap. xxvi. Navarrus in Summ. cap. xviii. num. 267.* Sylvester *in verb. Usura vii. q. i. Angelus in verb. Usura 2. §. 2.* Innocentius, Ioannes Andreas Obsequialis, Panormitanus, Caietanus *in Sum. verb. Tyrannus*, tamen oppositum docent in 2. 2. q. lxxviii. art. 4. Lessius *Lib. II. cap. xlii. dub. 3. n. 19.* Molina *Tom. II. disp. cccxxxv.*

n. 3. Valquez *opul. de scand. dub. 1.* Bonacina *disp. 1. de resl. q. 11. punct. 7. nu. 8.* Castropalaus *tract. vi. disp. vi. punct. 6. n. 6.* Salmanticenses *tract. xxi. cap. viii. punct. 5. §. 1. n. 58.* & alii plures. Probat. Nam licet nequeat peccans minus committere, ut gravius flagitium vitet, quia utrumque libere vitare potest; non ita tamen respectu consulentis res se habet: quoniam hic haud valet utrumque impedire; cum ab aliena voluntate id pendeat. Postro ergo quod iniquus homo constanti certaque deliberatione constituit duo flagitia perpetrare, saluberrimum consilium est eidem suadere ut, omisso graviore scelere, minori contentus sit. Nec tunc consulens malum, ut malum suadet, sed ut bonum: ablatio quippe maioris mali speciem boni praefert. Consilium ergo illud minus malum, ut est medium ad evitandum maioris crimen. Nec obiectum, seu finis istius consilii est malum; sed bonum in privatione maioris mali situm. Res exemplo clarior fiet. Deliberavit grassator Antonium interimere, ut eum pecunias spoliaret: consilius ut pecunias accipiat, & ab occasione abstineat. Paratus est occidere: rogas ut tantum percuciat. Cui tum damnium inferes? Non grassatori, quem a graviore scelere servas: non Antonio, cuius negotium utiliter agis: non detique Deo, cuius maiorem offensam impedis, impedimentum etiam minorum, si posses. Axioma illud, *De duobus malis minus est eligendum*, etiam in malis culpe locum habet, cum arbo mala sint necessaria, ut sunt respectu consulentis; sed minus respectu committentis, qui utrumque malum vitare potest.

XXIV. Obiicies. Non sunt facienda mala, ut veniant bona, ait Paulus *ad Roman. 11.* Accedit quod si licite minus malum posses consulere, ipse peragere idem malum posses: quod enim licet consulere, licitum quoque est executioni mandare. Resp. Verissimum est Pauli esatum, mala non esse facienda, ut bona inde succedant. At negatur, consilium minus malum, malum parare: ut, ut dictum est, non consistit malum, ut malum, sed ut instrumentum est minoris mali, quod speciem boni prodir. Nec sequitur, licere tibi agere minus malum quod consistit. Quia paratio mali actio tibi libera est, a qua abstinerere valet; quemadmodum abstinerere potest ille qui consilium datur, atque adeo peccat. Dum alteri consilium praebes de minori malo, ad quod paratus est, factum respicis necessarium tibi, tamen ali-

teri

teri liberum: idcirco ille peccat, secus tu. XXV. Hæc sunt utriusque sententiarum argumenta, & responsa. Ut verum fatear, tametsi hæc secunda communior sit, atque non leve mali facessit negotium. Nam minus malum etiam comparate ad maius malum, rationem mali retinet. Porro quod sua natura malum est, sub quocumque respectu, & ratione malum extat. Quod autem sua natura malum est, nullo modo consulendum videtur. Cur omnes fatentur nunquam licitum esse vel leve mendacium, ut universum hominum genus salvum fiat? nisi quod mendacium genere suo pravum est. Accedit quod minus malum aut solis precibus impediri potest, quin consilium adhibeatur; vel si preces non sunt satis, profecto neque consilium. Quare, si viderem inavorem occisurum Antonium ad furandas pecunias, precarer ut abstineret ab homicidio, furtum silendo, illudque permittendo. Quod si preces non prodesse, nequaquam furtum consulerem. Nec video quod in praxi istius consilii necessitate opus sit. Nam aggressor precibus placatus ab homicidio abstinens haud ignorat furtum. Quid ergo novi consilium tuum in mentem ingerit invaloris, quo ab homicidio diltrahas? Quare consilium istud, ad praxim quod attinet, & superfluum video, & periculi plenum. Si vero ad Metaphysicæ leges illud revocetur, qua ratione purgari a crimine valet, non ita facile mihi appareat ob rationem dictam, quod malum natura sua, malum semper, & in quocumque statu malum est. Videnturque verbis ludere qui dicunt malum illud non eligi sub ratione mali. Quoniam mentis cogitationes haud valet rerum immutare naturas. Si casus ergo accideret, ora ut peccator abstinere ab atrociori scelere, consilio de minori malo neglecto. Certeus est te non posse conulare minus malum ei qui paratus non erat ad illud patrandum: pura, non licet consulere fornicationem ei qui paratus est committere adulterium, vel sodomiam: quia tunc istius minoris mali causa es.

XXVI. Ultimo hec adiciere libet rationem ex divino regimine accessitam: Deus, in cuius potestate sunt hominum voluntates, ordini a se prælituro nec latum unguem derogare vult, ut impiorum scelera detegat, Lumina illis infundit, quibus mala agnoscant, gratiam donat, qua eisdem vitent. Ceterum in manu consilii sui utrumque prebes de minori malo, ad quod paratus est, factum respicis necessarium tibi, tamen ali-

bis erit divinum hæc agendi rationem iurare? Flagitiorum malitiam, & horrorem fecit hominibus pandamus. Precibus, consiliis, suasionibus, ut a criminibus desistant, curemus. Ceterum quid ultra pergemus? Ut quid consilia dabimus minorum criminum? Ubi nam Deus id præcipit? Cur certas agendi vias, ac ordinem constitutum vitandi quocumque malum, quantumlibet leve, prætergrediamur? Dum furum consilis, ut homicidii omittat grassator, amittit ne furtum istud insititit malitiam? Immo nec a peccato grassator evadit? Declinat ne inferni supplicia? Minime, inquis. Sub tui ergo consilii regimine grassator peccat. Neque ob hoc quod minus peccat, efficitur ut non peccet. Quid ergo obtrudis, te non consulere malum qua malum, sed ut bonum; si id quod consilis, rapte malum est? Malum est, inquis, peccatum, quod libere ab eo abstinere valet. At mihi necessarium est, eo quod leve iniquum negare. Fallacia est hæc manifestæ. Consilium tuum tibi liberum est, non secus ac illi sua ipsius actio. Ergo sine xia est illius actio, quia libera; criminolus erit pariter consilium tuum prave eadem prava actione, quia libere illud præstas. Quod ex Augustino, & Chrysostomo opponi solet, nullius momenti est. Cum enim dicit Augustinus relatus in cap. *si verius xxxiii. qu. 11.* *Si facturus est quod non licet, faciat adulterium, & non faciat homicidium*, nullo modo consulit, sed tantum permittit, seu avertit minus malum perpetrare illum qui facit adulterium, quam qui hominem occidit. Eundem sensum habent quæ docet Chrysostomus *hom. 11. ad pop. Antioch.* ubi aliter levius peccatum esse iurare, interposita tantum propria persona, quam divino ultrapato nomine.

XXVII. Quæst. VI. *Licitum ne sit suadere ei qui paratus est surripere pecunias a pauper, ut surripiat a divite, non degradando divitis personam?* Resp. Adfirmat Thomas Sanchez *Lib. VII. de matrim. disp. xi. n. 24.* Molina *tract. de iust. disp. cccxxxv.* Si sermo sit de consilio, & suatione, opinio hæc falla est. Quoniam, dum consilis suadendum potius a divite, quam a paupere, consilium tuum eo spectat ut pravum furis voluntatem ex graviore iniquitate retrahat in minorem. Extremum illius consilii non est bonum, sed pravum, furtum scilicet divitis. Tuo ergo consilio non aliud efficit, nisi mutare furis voluntatem, non in bonum, sed ex una maiori iniquitate in aliam minorem.

Et

Et si fur vi tui consilii a divite surripere pecunias, restitutioni ipse obnoxius es. Nec officio quod personam non designaveris. Satis fuit consulere ab aliquo divite surripendas pecunias. Res ex se patet, quin necesse sit argumenta adducere.

XXVIII. Quæst. VII. *Licetum ne sit mercator a generatore pecunias petere ad mercatum exercendam?* Resp. Dominicus Soto nar. *L. b. VI. de inst. q. 1. art. 5.* hanc questionem a mercatore Florentino D. Thomæ propositam fuisse: cui respondisse ferunt D. Thomam, peccatum esse, ut testatur idem Sotus: qui tamen addit non esse ex genere suo mortale, immo quandoque nullum.

XXIX. Ego cum Paulo Comitolo distinguam. Aut mercator necessitate pressus a generatore pecunias petat, quibus negotiationem exercere valeat ad se suamque familiam alendam: aut nulla egestate coactus, sed sola cupiditate divitiis accumulandi. Si primum, nullo modo peccat omnibus fateri Theologis. Si secundo modo pecunias sub senore petit, iuxta multorum gravem sententiam mortaliter delinquit. Non detur alii qui non nisi levem agnoscant culpam; quæ opinio humanior est, dummodo tamen pecunia ab eo petatur qui sensu exercet, & illi semper animo, & voluntate incubat.

Quoniam, si ab eo peteretur pecunia qui a senore exercendo alienus esset, culpæ expers haud esset petens; dans vero, qui absque senore pecuniam credere nollet, proculdubio flagitium grave perpetraret. Hoc siquidem patet ex his quæ diximus supra. Illud addendum, quod susus alibi explicabitur, quodque animadvertent prius Dominicus Soto, & Paulus Comitolus, sensu videlicet, quod divites nobiles cum mercatoribus exercet, universæ Republicæ perniciem invhere. In gens hominum turba occurrit quæ nihil in bonis cum habeat, ut mechanicarum artium labori se inbratrat, a generatoribus sub usuris pecuniam mutuatur: quam negotiationi exponit, & de repente camplores, mercatorumque prodentes, lautiorum vitam illustrent, luxu, pompique indulgent, ut divitum hominum sibi famam comparent. At inopinato nativam prodentes inopiam, fractaque creditoribus fide reclamant, se non esse solvendo, seque decodios manifestant.

Hi profecto tamquam publica petis, inquit Sotus, essent arcendi, & veluti publici latrones coercedi. At subdo ego, non minori supplicio plebendos illos qui senorem artem profiterentur. Istorum namque crudeli senore

quot familias trucidatas, deletaque non videmus; inquit Comitolus. Quot commercia civitatis pernecessaria partim concidunt, partim non immuniuntur, istorum usuris? Translato quippe isto quæstu a mercatoribus, & officibus ad usurarios istos, franguntur artificum studia, & industria, atque ipse, ex quibus publicum patrimonium hauritur, languescit, & deficit; atque mille rii officines, qui laboribus, ac manu perit vitam sustinere deberent, mollitur otio; atque desidia intabescunt inestimata. Verum de hoc fufus loco loquor.

XXX. Quæst. VIII. *Quæ causa requiratur, ut quis deponere licite possit apud fenoratorem pecunias, dum prævidentur, eas ab illo mutatione fenebri distrabendas: & vinum apud tabernarium, qui creditur venditurus illud fore mixtum aqua?* Resp. Thomas Sanchez *Lib. I. in Decal. cap. VII. n. 36.* refert non paucos Theologos docentes nullam requiri causam in deponente pecunias apud fenoratorem eidem ad iuras faciendas abulurum, eo quod eiusmodi pecuniarum depositio non sit usurarium causa, nisi valde remota. Verum probabilior est contraria opinio, quam defendunt laudatus Sanchez *loc. cit. Navarrus in man. cap. XIV. n. 40. Molina Tom. II. de inst. disp. cccxxxi. Valentia in 2. 2. disp. v. quæst. xxi. Rebelus Part. II. Lib. VIII. q. xvi. Castropalaus tract. VI. disp. VI. p. 13.* Rationem assignavimus supra.

Quando enim prævidentur malus usus alienus mercis, peccat venditor, si nulla cogente causa illam vendit. Porro deponens pecunias apud usurarium, dum prævidentur eas feneherandas; duo crimina perpetrat: alterum, quo occasionem præbet fenoratori usuras exercendi; alterum, quo in damnum munitariis influit. Quapropter non desunt Theologi qui hunc deponentem ad restitutionem obligent. Et quamvis opinio huiusmodi dura reputetur a Castropalao; ratio tamen non apparet ita evidens, ut absolute improbari debeat. Si enim qui ensam præbet damnorum occidere inimicum, restitutioni præbens materiam exercendi iniustitiam in tertium, eximi a restitutione debeat. Et cum Castropalaus adfirmet, deponentem eiusmodi causa graviter peccare; concedat oportet, nedum contra caritatem, sed etiam contra iustitiam ipsam delinquere: materiam quippe iniustitiae exercenda præbet, atque adeo iustitiam lædit.

Qui porro iustitiam lædit, damna quæ inde pro-

proficiscuntur, rescarcire asfringitur. At cum in praxi vix id accidere possit, non est cur hæc ita te dicitur sit immorandum. Quis enim est qui, nulla urgente gravi causa, fenoratori proprias pecunias servandas præbeat? Causa deponitionis apud nummulatum vix alia esse potest, nisi pecunie securitas. Si enim nullum alium invenias cui conservandam secure pecuniam consignare possis; tum absque peccato fenoratori præbere tibi licitum est; dummodo, quoad te spectat, usuram prohibeas, solamque pecunie securitatem animo intendas.

XXXI. Si vinum quod a te servandum tabernarius accepit, mixtum aqua vendat, si istius venditionis concilius sis, camque pro virili haud impedias, peccas utrique, & ad restitutionem damni teneris: quia tu illius ministerio vendis. Quod si vinum tuum vendis eiusmodi tabernarius, cum prævidentia quod mixtum aqua ab illis vendendum iterum fit, peccas pariter: quia, quoad vales, impedire teneris peccata proximi; & potissimum que in damnum tertij vergunt, queque debitu restitutionis inferunt. Si vinum aliter vendere nequeas, cum hoc fit tibi non leve incommodum, te posse peccatum tabernarii permittere, vinumque illi vendere, docent Sanchez, & Castropalaus.

At ego non adeo facile similes permitterem venditiones: quia non video cur venditor impedire nequeat hæc tabernariorum iniustitiam. Potest enim vel illos iudici deferre, vel illis etiam minori pretio vendere quorum sinceritatem minime suspèctam habet. Quare vix contingere potest casus in quo nequeas eiusmodi fraudulentos tabernarios vitare, alique vendere vinum tuum. At quid, si casus reipia occurat? Dico, quod si absque gravissimo incommodo nequeas differre venditionem, sed necessitate urgente premaris; tunc quemadmodum ab usurario pecunias petere, ita & iniquo tabernario vinum vendere vales. Sed, ut dixi, vix in praxi necessitas similis venditionis occurrere potest. Evenit enim quod pre maioris pretij, vel alterius luci, aut commodi similibus capponibus vinum vendas: & tanti vendere alius tabernarius cum nequeas, invenditum vinum effingis. Inferiori ergo pretio illis qui menam vinum portandum exhibent, vendito; & cum hi minus lucrentur, minori quoque emunt pretio.

XXXII. Quæst. IX. *Utrum licet invitare ad canam eum qui solvere ieiunium paratus est?* Resp. Negat communis sententia: quia

invitatur ad actionem que, atenta lege prohibente, & spectatis circumstantiis, nequit a malicia separari. Peccatum autem est quempiam invitare ad actionem quæ omnibus inspectis obediève noxia est. Quare neg famuli dominis, nec capones hospitiu carnes ministrare licite possunt: ieiunium tempore qui operam darent actionibus ex precepto prohibente malis. Verum tamen est, posse, immo debere famulos, & capones præsumere dominos, & hospites alique iusta causa a legis onere exemptos, nisi contraria indicia occurrant.

XXXIII. Quari hic etiam solet, sicutum ne sit petere iuramentum ab eo qui paratus est fallum iurare; vel sicutum sit inducere ad iuramentum verum, quod iurans verum esse ignorat; & alia id genus? Sed omnia discussa reperies in *dissert. de iuramento.*

CAPUT IX.

De peccatis scandalii qua adversus castitatem tam a mulieribus, quam a viris perpetrantur.

I. **I**mpeditam, ac perdifficilem materiam bellum suum in castitatis campo potissimum peragit. Hic suas exerit vires, copias omnes isthæ advocat, pugnas committit, atque annuarum stragem inducit. In his castris fortes Israel pronunt, abiciuntur dipeyi Saul, omnis armaturæ fortium succumbit. Istihæ hostis suas veterator ille humani generis hostis innocentes parat; stratagemata instruit, præstigia innumera, larvæque adhibet, quibus exitum quod inmentat, oculis abscondat. Ut igitur, quod fieri potest, illius artibus, fraudes, doloseque omnes retegat, in varios paragraphos caput istud tribuam. Que fit divini verbi, SS. Patrum, Theologorum, atque Casuistarum mens hoc de argumento, explicabo. Prolivus fortasse sermo erit; at recogites velim, libidinem peccatum esse ob quod maxima hominum pars periclitatur. Quid itaque utilis, quam ex omnia manifestare que ad hoc perpetrandum flagitium inducunt? Mulierum præstigia, quibus homines ad libidinem provocantur, captum superant humanum. Artes quas homines adhibent, ut mulieres deducant, non minoris sunt efficacitatis: quoniam vanitatem, ambitionem, avaritiam, superbiam, ceteraque impotentiores appetitiones irritant, permoventque.